CATALOGI

BIBLIOTHECAE SECUNDI GENERIS PRINCIPALIS DRESDENSIS

SPECIMEN TERTIUM

IOANNI

SERENISSIMO DUCI SAXONIAE

ETC. ETC. ETC.

RITE PIE GRATE

OFFERT

DR. *JULIUS PETZHOLDT*,

BIBLIOTHECAE CUSTOS REGII SEMINARII PHILOLOGICI ET SOCIETATIS GRAECAE SODALIS.

LIPSIAE,

PROSTAT IN LIBRARIA A. F. BOEHME.

MDCCCXL.



Specimen catalogi bibliothecae TUAE, CELSISSIME PRINCEPS, jam prodit tertium: id quod vereor quidem, ut nomine TUO dignum sit, precor tamen ac spero, fore ut laude TUA accipiatur.

Codicum, quorum in bibliotheca TUA, CELSISSIME PRINCEPS, circiter trecenta asservantur volumina, manuscriptorum nuper quosdam describere placuerat iterumque nunc placuit de aliis TE edocere.

Officiosa pietatis exercitia.

Cf. Specimen II. pp. 14—15.

Literae initiales pictae atque auratae. Limbi auro picti et floribus ornati jacent ad dextram anterioris et ad sinistram posterioris paginae, praetereaque calendarii ad frontem et ad calcem. Picturae quinquaginta novem elegantissime factae sed, proh dolor! hic illic paululum laesae: quarum viginti quatuor, quae ad calendarium pertinent, pleraeque utuntur digitorum 2 altitudine et $1\frac{1}{2}$ latitudine et vice versa, sed reliquae triginta quinque fere omnes digitorum $1\frac{3}{4}$ et altitudine et latitudine, exceptis sex ff. 11 a. 14 b. 20 a. 25 a. 45 a. 71 b. iis, quae totam implent paginam. Picturarum quaedam calenda-

rio serviunt exornando, quibus et signa mensium astronomica describuntur et, quae homines per menses curare solent, negotia delineantur, ac reliquae ad exercitia pertinent, quarum index hic est: f. 11 a Ioannes Euangelista, f. 12 a Lucas Euangelista, f. 13 a Matthaeus Euangelista, f. 13 b Marcus Euangelista, f. 14 b Christus in oliveto precatur, f. 20 a nuntius Christi nascituri Mariae allatus, f. 25 a Mariae salutatio, f. 30 a impetus Sancti Spiritus, f. 31 a Christus in praesepi jacet, f. 33 b Christum natum esse pastores docentur, f. 35 b S. tres Reges, f. 37 b Christi circumsectio, f. 9 b. Christus profugus, f. 42 b Mariae coronatio, f. 45 a Davides consecratur, f. 53 a Hiob ejusque amici, f. 70 a Sancta Trinitas, f. 71 b Christus cruce delatus, f. 74 b Michaelis Archangelus, f. 75 a Ioannes Baptista, f. 75 b S. Stephanus, f. 76 a et S. Hylarius et S. Eutropius, f. 76 b S. Sebastianus, f. 77 a S. Dionysius, f. 77 b S. Nicolaus, f. 78 a S. Claudius, f. 78 b S. Rochus, f. 79 a S. Anna, f. 79 b et S. Maria et S. Margaretha, f. 80 a S. Katherina, f. 80 b S. Barbara, f. 81 a S. Apollonia.

ff. 1—2 vacant. ff. 3—10 Calendarium. ff. 11—81 Officiosa pietatis exercitia, quorum ordinem, quum exercitiis respondeant picturae, ex picturarum ordine intelligere licet. f. 82 vacat.

Ceterum codex videtur, si quam coniecturam cum ex picturarum indole tum ex involucro capere iuvat probabilem, ex Hispano monasterio quodam profectus esse.

Des Heil. Ritters Georgii Hochadeliger Ritter-Orden.

Codex membranaceus XVIII. saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum 11¾ altitudine et 9⅛ latitudine, 75 foliis, quorum pagina ad summum 20 versibus plerumque lineatis utitur plena, contentus. [MA. Vol. cor.]

ff. 1—6 **Vrſprung Des Heyl: Ritters** Georgii **Hoch-Adelichen Ritter-Ordens.** ff. 7—37 **Einrichtung, und** Statuta **des Hoch-Adelichen Ritter-Ordens** Sti Georgii., quorum f. 32 Formula Juramenti **So bey aufnamb: und Erwöhlung eines** Ritters in den Orden, von denen Wöhlern abgelegt wird., ff. 33—34 Formula Juramenti **So von dem neu erwölten Ritter** abgeſchworen wird. et ff. 35—37 **Anredungen. So an den Ritter** in Solemni Actu **bey deſſen ſchlagung mit überraichung der Ordens** Insignien **geſchechen.** f. 38 vacat. ff. 39—49 **Anweiſung. Was die Jenige, ſo in den Adelichen Ritter Orden des Heylen** Georgii **aufgenomen zu werden verlangen beyzubringen haben.** Cf. Gründliche Anweiſung nach welcher ein jeder, ſo in den Churbaieriſchen Hohen Ritter-Orden des heiligen Ritter und Blutzeugens Georgii, unter dem Titel: der Vertheidigung der unbefleckt-empfangenen allerſeligſten Jungfrau Mariae, aufgenommen zu werden verlanget, ſeinen Ritter-Turnier- und Stift-mäßigen uralten Adel erproben, und den dazu erforderlichen Stammenbaum einrichten ſolle. München. 1768. fol. f. 50 vacat.

ff. 51—60 delineationes, quorum f. 51 Capitel Tafel in dem Ritter St Georgen Saal, f. 52 Ritter St. Georgen Capellen, f. 53 Tafel bey der Ausspeisung, f. 54 Ordens Insigl, f. 55 Grosse Ordens Ketten, f. 56 Des Grosmeisters Ordens Kleidung, f. 57 Gros Creuz, f. 58 Feld Creuz, Ritter Creuz et Commandeur Creuz, f. 59 Ritter im Streidt Kleid et f. 60 Der greßere Ordens Stern, wie solcher von dem Groß-meister, Groß-Priorn, vnd denen Groß Creuzen auf allen Kleidern getragen wird. et Der kleinere Ordens Stern, wie selben die Commandeurs auf all ihren Kleidern fiehren thuen. Animadvertere licet, delineationum, quae ff. 54—60 continentur, eas elegantissime et splendidissime factas esse. ff. 61—68 Sanctmi in Christo Patris ac Dñi Dñi Benedicti XIII. Pont. Max. Constitutio. ff. 69—74 Wie es mit aufschwörung der Ritter zu halten. f. 75 vacat.

Der Sachsenspiegel oder das Sächsische Landrecht in obersächsischer Sprache.

Codex chartaceus XV. saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum 18 altitudine et 12 latitudine, 266 foliis, quorum pagina fissa est et textus circa 40 ac regestorum praefationum glossarumque circa 50 versibus utitur plena, contentus. Margines lineis notati latitudine 2—4 digitorum gaudent. [I. O. 41. Vol. cor.]

Literae librorum et regestorum initiales pp. 1. 15. 23. 150. 162. 290. 305. 507. pictae atque auratae, qui-

Articulus xl.

We truwelosz were dit wirt uber flu get usz des reichs dins te deme wrteilt man syne ere unde syn lehnrecht unde nicht synen lip. ic Glosa

Wie man eynē truwelosz beredin mag ff. c. ar. iiij.

We truwelosz wert wet ic widder syne truwe

Eynem c. l. ar. lij. So sprecht die glose. her verlust synen lip. Sic ut ibi i glo.

bus quae addita sunt ornamenta picta pp. 1. 15. 162. 507., ea a fronte usque ad calcem paginarum patent. Tituli, literae articulorum initiales, epilogi et interpunctiones sunt colore rubro eodemque lineae, quae sive ad perpendiculum literas paragraphorum initiales transeunt sive in plano textus omnes, ad quos glossae pertinent, locos subeunt. Numeri, qui in fronte paginarum prostant, rubri notati sunt eo consilio, ut, ubi textus lateat, apertum sit: ibi numeri, ubi textus, ubi regesta et praefationes, ibi non. Reliquae utuntur nigro laetoque colore literae, quarum sunt maximae textus, minores regestorum, praefationum et glossarum, minimae margini adscriptorum, quae ad glossas pertinent, remissoriorum et allegatorum. Signum fabricae, ubi charta facta est, hanc speciem prae se fert:



Ab initio duo quartae formae folia, quibus manu scripta, a Zepernickio anno 1816. facta codicis descriptio continetur. Folium, quod sequitur, membranaceum vacat. Speculi Saxonici: pp. 1—14 regesta primi libri, quorum epilogus **Hie hat das erste Register obir das erste buch lantrechtis eyn ende vnde im volgit das erste buch lantrechtis hirnach** ꝛc. Regesta in eo versantur, ut articulorum modo argumenta explicent modo initia enumerent. p. 15 a—b praefatio

prima, cujus initium Nw vornemet vmb der hern gebort von deme lande zcu sachsen. et in fine pp. 15b—16a caput, quod munere praefationis secundae fungi aliqui putant, Vunff stete die polen geheysen. pp. 16a—19b praefatio secunda, cujus initium Ich czymmere so man sayt bie deme wege. pp. 19b—20a praefatio tertia, cujus titulus Prologus C in vocacio domini nominis ꝛc. et initium Des heyligen geistis mynne der stercke meyne synne. p. 20a praefatio quarta, cujus initium Got der do ist eyn begyn vnde ende aller dinge. pp. 20a—23a glossa praefationis quartae literis Glo notata. pp. 23a—150a liber primus ejusque glossa, cum titulo Nu sich ebene an den text ꝛc., initio Czwie swert liß göt uff deme ertriche zcu beschirmene die cristenheit. et epilogo Hie hat das erste buche lantrechtis eyn ende vnde im volgit hirnach das Register ober das ander buch lantrechtis. pp. 150b—162a regesta libri secundi, quorum epilogus Hie hebit sich an das ander buch lantrechtes ꝛc. pp. 162b—290a liber secundus ejusque glossa, cum titulo Articulus primus ꝛc., initio So sich fursten ader hern mit eyden zcusampne sichern. et epilogo Hie endet sich das ander buch vnde im volget das dritte Register obir das dritte buch hirnach ꝛc. pp. 290b — 305a regesta libri tertii, quorum epilogus Hie hat das Register eyn ende ober das dritte buch vnde im volget das dritte buch hirnach ꝛc. pp. 305a—503b liber tertius ejusque glossa cum titulo 11 Articulus

primus., initio **Umb keyner hande vngerichte en sal man uff hamren dorff gebue.** et epilogo **Amen.** p. 503b epilogus totius speculi Saxonici **Hie hat der sachsen spigel eyn ende durch mich Nicolaen Röder de pirnis nach gotis geburt Tusent virhundert vnde dornach Im Lx iar' am Sonnabende nach Ephie** (epiphaniae) **domini C.**, unde intelligitur, codicem ab eodem scriptum esse librario, a quo anno 1454. scriptus sit codex II. Quedlinburgensis, de quo cf. Zepernicks Nachrichten von den Handschriften des Sächsischen Lehnrechts. Halle. 1794. 8. pp. 87—91: id quod causam esse, quia codices, Dresdensis et Quedlinburgensis, fere eandem speciem prae se ferant, non est, cur miremur. At vero quaeritur, num codices eodem, ex quo librarius hauserit contextum, fonte gaudeant: Dresdensem ex haud mediocri fonte profectum esse, omnes, qui contextum codicum et Lipsiensis a Gaertnero Lipsiae. 1732. fol., de quo Zepernickii libellum pp. 56—59 confer, et Berolinensis a Homeyero Berolini. 1827. 8. editorum bonum esse didicerint et Dresdensem neque a Lipsiensi neque a Berolinensi admodum differre cognoverint, facile concedent.

Lib. I. Art. IV.

Dresd. p. 33b.	Lips. p. 26a.	Berol. p. 19.
Uff alt vile vnde uff ge twerge	Uffe altvile unde uffe twerge	Uppe altvile vnde vppe dverge
erstirbit widder lehn nach erbe	erstirbt weder len noch erbe	ne irstirft weder len noch erue

nach uff kropel kint Wer danne	noch uffe krupel kint Swer denne	noch vppe kropelkint Sve denne
ire erben sint vnde ire nesten mag-	die erben sint und ir nesten ma-	de eruen sint vnde ire nesten ma-
ke die sullen sie halden in irer	ge die suln sie halden in irre	ge de solen se halden in irer
pflege Wirt auch eyn kint geborn	phlage Wirt ouch ein kint geborn	plage Wirt ok ein kint geboren
stum ader handelofs ader fufse-	stum oder handelos oder vüze-	stvm oder handelos oder vote-
lofs ader blint das ist wol erbe	los oder blint daz ist wol erbe	los oder blint dat is wol erue
zcu lantrechte vnde nicht lehn	zu lantrechte und nicht zu len	to lantrechte vnde nicht len
erbe Hat her abir lehn entpfan-	erbe Hat er aber len entphan-	erue Heuet auer he len vntvan-
gen iz her wurden ist also das en	gen eh er worde alsus daz	gen er he wurde alsüs dat
wrlust her domit nicht Der mas-	verluset her nicht hie mete Der mi-	verluset he dar mede nicht De me-
selsiche man der entpfet keyn lehn	selsiche man entphet wider len	selseke man ne vntveit weder len
nach keyn erbe hat hers abir ent-	noch erbe hat erz aber ent-	noch erue Heuet het aver vnt-
pfangen vor der suche der behelt	phangen e der suche her beheldez	vangen er der süke he behalt
is vnde erbit is also eyn ander	und erbet ez als ein ander	it vnde erft it als ein ander
man.	man.	man.

Lib. I. Art. LXXII.

Dresd. p. 289a.	Lips. p. 318a.	Berol. p. 120.
ader den schaden gelde uff recht	oder den schaden gelde uf recht	oder den scaden gelden vppe recht

sunder doch *) ab herratis vnde	sunder doch *) ab her rates und	svnder doch *) of he rades vnde
tat vnschuldig ist.	tat unschuldic ist.	dat vnscüldich is.

*) bute plerique codices.

Lib. III. Art. LXXIX.

Dresd. p. 485a.	Lips. p. 500a.	Berol. p. 173.
Wo der man claget do mus her	Swo der man claget da muz her	Svar die man klaget dar mvt he
antworten ab man uff en clayt*).	antwurten ab man uf in claget*).	antwerten of man vp yne klaget*).

*) ane tu kampe (wart) addunt plerique codices.

Speculum Saxonicum sequuntur duo tractatus, quorum primus est p. 504 carmen cum initio

Got in dem Reiche
Weyse vns allen gliche
In des rechten kunde.

et alter pp. 505—513 commentatio de cognationis gradibus. Codicem claudunt additamenta genealogico-heraldica, quorum auctores sunt duo codicis olim possessores, Domini de Portis, pater et filius: pertinent ea ad stirpem patris, Georgii de Portis († 1538), ejusque trium uxorum et disposita sunt hoc ordine: p. 514 adnotationes de Georgio de Portis ejusque uxoribus et, quos pepererunt uxores, liberis, p. 515 insigne patris, Braunii de Portis, p. 516 vacat, p. 517 insigne matris, Gerderutae Kerczschin, p. 518 vacat, p. 519 insigne aviae paternae, Ermegarthae Schreppengrellerin, p. 520 vacat, p.

521 insigne aviae maternae, Elisabetae de Haubitz, p. 522 vacat, p. 523 insigne uxoris alterius, Margaretae de Rechenbergk, p. 524 vacat, p. 525 insigne socrus, Barbarae Schickin, p. 526 vacat, p. 527 insigne magnae socrus paternae, Augenisae de Schonbergk, p. 528 vacat, folii membranacei p. 529 insigne magnae socrus maternae, Peckin, et p. 530 literae Georgii de Portis ad filios.

Ceterum codex, quem, mortuo olim possessore Adolpho Samsone de Burkersroda Burghessleriensi, anno 1839. Lipsiae auctionis publicae lege venditum esse patet ex Verzeichniß der von Adolph Samson von Burkersroda hinterlassenen Büchersammlung. Leipzig. 1839. 8. p. 21. Nr. 409., TUA, CELSISSIME PRINCEPS, auctoritate a me emtus est nummis quinquaginta duobus imperialibus.

Les Statuts de la Compagnie des Incas Ou de l'Ordre de l'Amitie.

Codex membranaceus XVIII. saeculi, perspicue scriptus, digitorum $13\frac{1}{8}$ altitudine et $8\frac{1}{8}$ latitudine, 11 foliis, quorum ff. 1a—4a literis utuntur et reliqua vacant, contentus. [A. Vol. holos. in caps. cor.]

Oeuvres de Mr. de Voltaire.

Nouvelle Edition revue, corrigée et considerablement augmentée par l'Auteur enrichie de figures en taille-dou-

ce. Tom. I—X. Dresde chez Walther. 1748—1754. 8. [MA. 10 Voll. cor.]

Exemplar Voltarii manuale, correctum et, quae et typis exprimenda curavit et propria manu adjecit auctor, additamentis auctum; quorum, etsi pleraque in novam editionem Waltherianam Tom. I—X. Dresde. 1752—1770. 12. recepta sint, tamen pauca manuscripta nescio quo consilio ductus excudenda omisit editor. Vide Tom. VII. p. 79. l. 12 sqq. (Tom. VI. p. 110. l. 6 sqq. edit. nov.) et ses deux Filles. Il crut dans ce dezordre avoir perdu sa seconde fille agée d'un an. elle fut egarée par sa nourrice. il la retrouva dans une auge d'ecurie, ou elle avoit été abandonnée dans un village voisin. c'est ce que je luy y entendu raconter. ce fut ce meme enfant que la destinée après des plus grandes vicissitudes, fit depuis reine de france. Le Cardinal Primat etc.

Ceterum exemplar, quod a Voltario traditum erat Walthero novam editionem paraturo, a Walthero, editione facta, Electrici Mariae Antoniae tributum est. Cf. Ungedruckte Briefe von Voltaire. in Ebert's Ueberlieferungen. Bd. I. St. 1. Dresden. 1826. 8. pp. 82—129.

D. J. M. Della vita e del regno di Josefo

il Vittorioso Imperadore de' Romani, Rè di Ungheria, e di Boemia &c Arciduca di Austria &c. Codex charta-

ceus XVIII. saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum $13\frac{3}{4}$ altitudine et 9 latitudine, 2215 foliis, quorum pagina circa 20—30 versibus utitur plena, contentus. [PC. 6 Voll. chart. glut.]

Codex, cujus quis fuerit auctor non constat, summa esse videtur auctoritate: id quod negare dubitabunt omnes, qui cognoverint, codicem uberrimis exornatum esse literarum monumentis cum diligenter undique collectis tum accurate descriptis. Ceterum codex continetur duodecim libris, quorum I. pp. 66, II. pp. 98, III. pp. 113, IV. pp. 71, V. pp. 170, VI. pp. 136, VII. pp. 240, VIII. pp. 281 & 302, IX. pp. 315 & 158, X. pp. 508 & 417, XI. pp. 326 & 361 et XII. pp. 332 & 536 utuntur.

Memorie di Tiberio Carafa

Principe di Chiusano. Codex chartaceus XVIII. saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum 17 altitudine et $11\frac{1}{4}$ latitudine, 1152 foliis, quorum pagina 23 lineatis versibus utitur plena, contentus. [MA. 4 Voll. cor.]

Codex, quem 272 figuris calamo cum industria delineatis exornavit auctor, continetur praefatione, quindecim libris et figurarum indice, quorum praefatio pp. IX, librorum I. pp. VI & 61, II. pp. VI & 83, III. pp. VII & 94, IV. pp. III & 176, V. pp. III & 115, VI. pp. VIII & 171, VII. pp. III & 133, VIII. pp. III. & 138, IX. pp. V & 126, X. pp. X & 188, XI. pp. IV & 156,

XII. pp. IV § 192, XIII. pp. IV § 242, XIV. pp. V § 132 et XV. pp. VII. § 205, atque index figurarum pp. V utuntur.

Ceterum codex in Germaniam videtur profectus esse ex bibliotheca quadam Italica vel ipsa Principali Carafae, cujus insigne in voluminum tegumentis exstat.

Spec. II. p. 4. l. 3. „literis gothicis" dele.

MISENAE,
TYPIS C. E. KLINKICHTII ET FIL.